Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31296
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



22

a mente. Obtuso et durica cordis hu-
mani, qui solum pinaa meditatur et non magis
timet futura. Sic te in omni facto et cogi-
tatu deberes tenere qui statim esses mo-
ritudus. Si bona conscientia haberes, no
multum morte pauerres. Melius est pen-
ituere qui mortem fugere. Si hodie non
es paratus quomodo cras. Cras est dies
incerta, et quid scis si crastinum habebis.
Quid prodest diu viuere qui tam parum emen-
damus. Nam longa vita non sepe emendat,
si sepe culpam magis auget. Vtinam per vnam
diem bene essemus conuersati in hoc mundo.
Multi annos computant conuersionis, si sepe
pinis et fructus emendacionis. Si forsitan
dolosum et modi forsitan periculosius et diutius
viuere. Beatus qui horam mortis sepe ante
oculos habet et ad moriendum cotidie se dis-
ponit. Si vidisti alium horrendum modi cogita
quia et tu per eandem viam transibis. Cum
mane fuit puta te ad vesperum non pen-
turum. Vesperi autem sto mane non audeas tibi
pollicere. Semper paratus esto, et taliter
viue vt magis te improuisum mors inueniat.
Multi subito et improuise moriuntur. Nam hora
qua non putatur filius hominis venturus est.
Qui illa extrema hora venerit multum aliud
sentire incipies de tota vita tua preterita
et valde dolebis quia tam negligens et remissus fuisti